

vel à testibus ab ipso inductis, indicati fuerint, citari debent in iudicio super nullitate Professionis: Idem *ibid.* Vis, & metus incussus ad cogendum aliquem, ut Professionem Regularem emitat, etiamsi perseveraverit per quinquennium, & ultra, non ideo tamen prorogatur quinquennium à Concilio Tridentino concessum ad reclamandum: Idem *ibid.* Attamen ex Apostolica Sede equitate inductum est remedium restitutionis in integrum adversus lapsum quinquennii, à sola tunc ipsa Sede Apostolica concedendum: Idem *ibid.*

è Regno per quadriennium extire, fuit jussum: (1) quadruplique penam simul, in noxam producentes, præter damni duplicati resartionem pari (2)

Attamen quam ebullitionum, commotionumque popularium præventivæ dispositiones, aliquels, nostro tempore declarationibus egerent, quibus spiritus inquieti, tranquillitatis publicæ adversarii continerentur, vasallique benefici ab horum præjudiciis liberi manerent; idcirco DD. noster Rex inter plurima objectum præsens, Religiosis puritate etiam concernentia, mandata, (3) penas legibus stabilitas in Italia crimina incurrentes, (4) inviolabiliter observari, præcipit Judicibus Ordinariis, cum inhibitione ceterorum etsi privilegiorum, quacumque semota competentia: immo deduci, nec allegari fori privilegium valebit: nam similis proposita exceptio spernenda erit, effectumque suspendendi incapax æstimabitur. Quid amplius? ad malitiam hujus naturæ delinquentium refrænantiam, sæpe sæpius famosis libellis crudeliter preparantium intentos ad innocentium incantorumque animos præoccupandos, vigilantes, & circumspècti occursum ire debent; Judices: quo non obstante, adversus illos, processu formato, partibusque auditis penas legibus stabilitas in effectum reducent. Variè nec non factæ fuerint præventiones circa copianes, legentes, audientes similes libellos, & Milites: publica Officina, Templaque Sancta claudi debent Banno publicato.

(1) *L. 1. tit. 15. lib. 8.* Porque las asonadas que se hacen en nuestra tierra son muy dañosas, y dan causa y ocasión à muchos males y daños, defendemos que ninguno, ni algunos de qualquier estado ó condición ó preeminencia, ni sean osados de hacer, ni hagan asonadas, ni ayuntamiento de gente en ninguna parte de nuestros Reynos y Señorios; y si tales asonadas hicieren, y les fuere mandado de nuestra parte que se partan de las asonadas, y que derramen las gentes: y no se quisieren apartar, derramari, ni partir: mandamos que si aquellos que no quisieron cumplir, Casas fuertes tuvieren, les sean derribadas: y si Casas fuertes no tuvieren, salgan de toda la tierra por quatro años: y en esta misma pena caygan los que yendo à las asonadas à ayudar alguno de ellos, y fueren requeridos y afrentados por las Justicias, no lo quisieren hacer.

(2) *L. 2. ejusd.* Todos los que fueren à la asonada, si yendo ó viniendo hicieren daño, paguenlo à Nos por el quatro tanto, y el doblo à la parte: *L. 9. ejusd. libi.* Que lo pague con el quatro tanto à Nos, y el doblo à aquel à quien lo tomare como dicho es: y más.

(3) *Vid. verb. Libellus famosus, per tot.*

(4) *Reg. Pragmat. 17. April. 1774.* Sabed, que las repetidas experiencias del Gobierno han demostrado en todos tiempos, que no se puede asegurar la felicidad de los Vasallos, si no se mantiene en todo su vigor la autoridad de la Justicia, y en su debida observancia las leyes y las providencias dirigidas à contener los espíritus inquietos, enemigos del sosiego público, y defender à los dignos Vasallos de sus malignos perjuicios. Este importante objeto ha merecido siempre la primera atención de los Reyes, y obligó su justificación à promulgar sucesivamente repetidas leyes preventivas de bullicios y conmociones populares; pero estas mismas leyes, promulgadas en diversos tiempos, segun los casos occurrentes, necesitan adaptarse à las circunstancias presentes, con claras y positivas declaraciones, que faciliten à los Jueces su pronta ejecución; y prescriban à los fieles Vasallos los medios y modos de no confundirse con los culpados, y de auxiliar la Justicia para disipar y perseguir los Reos de tan atroces conatos y delitos: Con consideración à los progresos de la expedición. 7. Luego que se advirtió en este bullicio ó resistencia popular de muchos à los Magistrados para faltarles à la obediencia, ó impedir la ejecución de las ordenes y providencias generales, de las que son legítimos y necesarios executores, el que prepuso por una Junta de Ministros de mi satisfacción, y con lo que me consultó el zelo de mi Consejo, ha sido oido antes à mis Fiscales. 1. Mando que se ob-

Vis, & metus adhiberi non debet, ut Judæi in Christianorum regionibus asyli jure gaudentes, Baptistum suscipiant: Idem constitut. 28. incip. Postremo mense §. 13. & 37. Si quis per vim, & metum dicat se baptizatum fuisse, videndum, an violenter cedere consenserit, an vero dissentiens aqua Baptismi ablutus fuerit. In primo enim casu valide baptizatus censetur, secus in secundo: Idem *ibid.* §. 49. & seq. Vide *verb. Baptismus, & verb. Hebræus*, ubi multa alia ad rem.

VI-

VISITARE, VISITATIO, VISITATOR.

SUMMARIUM.

- 1. *VISITARE, Visitatio quid sit.*
- 2. *Visitandi Jus, & potestas competat omnibus Prælati ecclesiasticis, qui Jurisdictionem ordinariam in aliquos habent.*
- 3. *Unde post Romanum Pontificem Jus, & potestatem visitandi habent Legati à Latere.*
- 4. *Item Legati Pontificii nat.*
- 5. *Item Nuntii Apostolici.*
- 6. *Item Vicarius Summi Pontificis in territorio sibi injuncto.*
- 7. *Item Cardinales in ecclesiis suorum Titulorum.*
- 8. *Patriarchæ, Primates, Archiepiscopi, & Episcopi or-*

Obedientiam illis præstantes, dummodo turbationis Auctores haud sint, indulti manebunt: inobedientes vero sivè resistantiam facientes, impediendi ergò capturas reorum, sollicitivè se gerentes in horum libertatem assequendam, vi etiam repellendi usquequò ad Magistratibus debitam obedientiam reducantur.

Nec voluit ipsamet Regia Majestas, amore, erga humanitatem mota, hincinè Regia dispositione contenta ad præterita se extendere, immò expressè transcendere denegavit; & passu quo prohibuit talibus personis inobedientibus, Judicium mandatis manentibus, quamcumque efficere representationem coràm istis, diversimodè se gessit; dummodo ab ebullitione separati, Judicibusque obtemperantes se sistant. Quo in negotio si Judices ad unguem præventum haud observent, adversus eos, veluti transgressores intentionum Catholicæ Majestatis procedendum veniet.

las de que serán castigadas con las penas establecidas en las leyes, las cuales se executarán en sus personas y bienes irremisiblemente, en caso de no cumplir desde luego con lo que se les manda; declarando que serán tratados como Reos y Autores del bullicio todos los que se encuentren unidos en número de diez personas. 8. Igualmente deberán retirarse à sus casas quantos por curiosidad ó casualidad se hallaren en las calles con qualquiera otro motivo ó pretexto, pena de ser tratados como inobedientes al Bando, que se deberá fixar en los sitios públicos. 9. Se mandará tambien, que incontinenti se cierran todas las Tabernas, Casas de Juego, y demas Oficinas publicas. 10. Como en tales ocasiones suelen los reboltosos apoderarse de las Campanas, y poner con su toque en confusion à los vecinos, profanan los sagrados Templos con violencias, y tal vez con efusion de sangre; cuidarán las Justicias, los Párrocos y los Superiores Eclesiásticos de resguardar los campanarios con seguridad; cerrar los Conventos y casas de sus habitaciones, y los Templos siempre que prudentemente se tema falta de respeto, profanacion, ó violencia en la Casa de Dios. 11. Las gentes de Guerra se retirarán à sus respectivos Cuarteles, y pondrán sobre las armas para mantener su respeto, y prestar el auxilio que pidiere la Justicia Ordinaria al Oficial que las tuviese à su mando. 12. Todos los bulliciosos que obedecieren, retirándose pacíficamente al punto que se publique el Bando, quedarán indultados, à excepcion solamente de los que resultaren autores del bullicio, ó conmocion popular, pues en quanto à estos no ha de tener lugar indulto alguno. 13. Publicado y fixado el Bando, con comprehension de quanto queda expuesto, y con las demas precauciones que dictase la presencia de las cosas; cuidarán las Justicias de asegurar las Cárceles y casas de reclusion, para que no haya violencia alguna que desayre su respeto y decoro, que deben mantener en todo su vigor. 14. Sin pérdida de tiempo procederán à pedir el auxilio necesario de la Tropa, y vecinos, y à prender por sí, y demas Jueces Ordinarios à los bulliciosos inobedientes, que permanezcan en su mal propósito, inquietando en la calle sin haberse retirado, aunque no tengan mas delito que el de su inobediencia al Bando. 15. Si los bulliciosos hiciesen resistencia à las Justicias, ó Tropa destinada à su auxilio, impidiesen las prisiones, ó intentasen la libertad de los que se hubieren ya aprehendido, se usará contra ellos de la fuerza, hasta reducidos à la debida obediencia de los Magistrados, que nunca podrán permitir quede agraviada la autoridad y respeto que todos deben à la Justicia. 16. Pondrá el que presida la Jurisdiccion Ordinaria el mayor cuidado en que los demas Jueces y Partidas cuiden de conducir los Reos con toda seguridad à las prisiones convenientes, procurando evitar toda confusion; y que los honrados vecinos estén separados de los culpados, para que contra estos solamente proceda el rigor y autoridad de la Justicia. 17. Asi como me inclina el amor à la humanidad à no aumentar las penas

contra los inobedientes bulliciosos, dexándolas, segun la distincion de los casos, en el mismo tenor y forma que lo disponen las leyes del Reyno, que quiero se tengan aqui por repetidas; es mi voluntad, y mando expresamente, que se instruyan estas causas por las Justicias Ordinarias, segun las reglas de Derecho, admitiendo à los Reos sus pruebas y legítimas defensas, consultando las sentencias con las Salas del Crimen, ó de Corte de sus respectivos distritos, ó con el Consejo, si la gravedad lo exigiese, con declaracion, que lo dispuesto en esta Ley y Pragmática se entienda para lo que pueda ocurrir en lo futuro, sin transcender à lo pasado. 18. Tengo declarado repetidamente, que las concesiones hechas por via de asonada ó conmocion, no deben tener efecto alguno; y para evitar que se soliciten, prohibo absolutamente à los delinquentes bulliciosos, que mientras se mantienen inobedientes à los mandatos de la Justicia, puedan tener representacion alguna, ni capital por medio de personas de autoridad, de qualquiera dignidad, calidad y condicion que sean, con los Jueces: y prohibo tambien à las expresadas personas de autoridad, que puedan admitir semejantes mensajes y representaciones; pero permitido que luego que se separen y obedezcan à las Justicias, pueda cada uno representarlas todo lo que tenga por conveniente: y mando, que siempre que concurran obedientes se les oigan sus quejas, y se ponga pronto remedio en todo lo que sea arreglado y justo. 19. Prohibo à los Jueces, que usen de arbitrio alguno en las sentencias de las causas que se dimanen de esta nueva Pragmática y leyes del Reyno, à que se refiera: mando que en todas ellas procedan precisamente con arreglo à ella y à las leyes; pues de lo contrario, que no espero, me daré por deservido, y mandaré proceder contra los que resulten transgresores de mis soberanas intenciones. 20. Y para que todo tenga su puntual y cumplido efecto, he acordado expedir esta mi Carta y Pragmática Sancion, en fuerza de Ley, como si fuese hecha y promulgada en Cortes. Por la qual ordeno y mando à todos los Jueces y Justicias de estos mis Reynos, y à los estantes, y habitantes en ellos, de qualquiera estado, preeminencia y condicion que sean, vean lo dispuesto y ordenado en ella, y lo guarden, cumplan y executen, segun como se establece, y se lo hagan guardar, cumplir y executar por todo rigor de derecho, dando para ello los expresados Jueces y Tribunales en sus distritos y jurisdicciones los Autos, Mandamientos y Sentencias correspondientes; y para su mayor observancia, y quanto à esto toca y pertenece, derogo qualquier fuero, por privilegiado y especial que sea, por no tener lugar en estos casos; y prohibo se formen competencias, ni turbe à las Justicias Ordinarias y Tribunales superiores en sus procedimientos tocantes à esta clase de negocios: y mando asimismo, que esta mi Carta se publique en la forma acostumbrada para que llegue à noticia de todos, y no se pueda alegar ignorancia, que asi es mi voluntad.

BIBLIOTECA CENTRAL

- ordinarium jus visitandi habent suas respective dioceses.
- 9 Item Vicarius Capitularis, Sede vacante, id potest sive per se, sive per alium.
- 10 Item Vicarius Apostolicus.
- 11 Item Vicarius Collegiatus exemptae, & Nullius diocesis.
- 12 Item Abbat Nullius, ac Archidiaconi, Decani, alique similes.
- 13 Item Capitulum, superstitite adhuc Episcopo, potest interdum ex praescriptione, vel privilegio, habere jus visitandi.
- 14 Digni Archidiaconi tamen, ac alii inferiores visitationis à se factae rationem reddere, & acta omnia exhibere Episcopo infra mensem tenentur.
- 15 Immo Episc. etiam per alium potest eandem ecclesiam reorsim ab his iterum visitare.
- 16 Non potest tamen iterum puniri ab eis, neque ab illis absolutus cogere ad innocentiam suam ostendendam.
- 17 Superiores Generales Ordinum Regularium, Provinciales, & alii similes Praelati habent Jus visitandi monasteria, aliaque loca sibi subiecta.
- 18 Episcopi, alique Superiores, non solum possunt, sed etiam tenentur per se ipsos, aut per alios singulis annis, vel saltem quolibet biennio, si sit valde ampla, totam Diocesim visitare.
- 19 Vicarius tamen Generalis hoc Jus visitandi non habet, nisi specialiter ab Episcopo sibi committatur.
- 20 Metropolitanus hodie nequeunt amplius visitare dioceses suorum Suffraganeorum, nisi ex causa cognita, & probata in Concilio Provinciali, vel à Sacra Congregatione.
- 21 Episcopus visitare potest toties, quoties opus fuerit, non solum Ecclesias communes diocesis, sed etiam Capitula, & Ecclesias Cathedralis, aliasque majores, & personas illarum.
- 22 Item tanquam Sedis Apostolicae delegatus visitare potest omnes Ecclesias regulares exemptas.
- 23 Item visitare potest quicumque Ecclesias seculares intra fines suae diocesis existentes, etiam si ad Regulares pertinent, dum tamen per Seculares eis deservierit; tunc autem Ecclesias Regulares Nullius diocesis.
- 24 Item potest Episcopus vicinior tanquam Sedis Apostolicae Delegatus visitare Ecclesias omnes seculares Nullius diocesis exemptas, & Sedi Apostolicae immediate subiectas; tunc autem Ecclesias Regulares Nullius diocesis.
- 25 Vicinior Episcopus potest visitare beneficia secularia, & Clericos seculares Abbatiae Nullius diocesis, ipsosque culpabiles repositos corrigere; & quis dicatur Episcopus vicinior.
- 26 Episcopus vicinior, si sit legitime impeditus, potest Ecclesias Seculares Nullius diocesis visitare per suum Vicarium Generalem.
- 27 Si Ecclesia, seu Abbatia secularis Nullius diocesis sita sit in aliqua diocesi, visitatio spectat ad Ordinarium, in cujus diocesi sita est Ecclesia Nullius.
- 28 Episcopus, sive per seipsum, sive per alium Delegatum visitare potest Ecclesias, etiam non Curatas erectas in solo Lateranensi, ad num. 30.
- 29 Visitatio Abbatiae S. Mariae de Permo in confinio diocesis Muranae, & Rapellen. aequè principaliter unius Ecclesiae Melphensis, spectat ad Episcopum Melphensem.
- 30 Visitare Jure delegato potest Episcopus Ecclesias unitas Collegii exemptae.
- 31 Non potest tamen visitare beneficia unita universitati Complutensi ob specialia ejus privilegia.
- 32 Visitare potest Episcopus dignitatem exemptam in concernentibus curam animarum illi annexam.
- 33 Item visitare potest omnes Ecclesias Curatas monasterii Regularium unitas.
- 34 Dummodo tamen Ecclesia parochialis non sit illius Conventus, in quo Generalis Ordinis habet residentiam ordinariam.
- 37 Episcopus visitando Ecclesias Curatas exemptas, & Regularibus subiectas, potest facere decreta concernentia rectam administrationem, & custodiam Sacramentorum, & si discrepent à factis per Superiores exemptos, & Regulares, debent ordinationes Episcopi praevaleere, & servari.
- 38 Quomodo Episcopus visitare possit Ecclesias Parochiales Monasterii Regularium unitas, & annexas, nequit visitare domos ipsarum parochialium.
- 39 Nec Episcopus potest visitare monasteria Regularium ex praetextu, quod eorum Superiores sint negligentes.
- 40 Neque potest Episcopus visitare capellas, & altaria laicorum, seu confraternitatum laicalium in Ecclesiis Regularium constructa.
- 41 Quomodo possit Episcopus visitare Confraternitates laicales erectas in Ecclesiis Regularium in his, quae respiciunt administrationem, & adimplementum officii.
- 42 Tamen nullatenus visitare potest capellas, & altaria per ipsas Confraternitates laicales in Ecclesiis Regularium constructa.
- 43 An autem, & quando possit Episcopus visitare Conventus Regularium, sive antiquos suppressos, & iterum restitutos, sive nunquam suppressos, de novo erectos, remissive.
- 44 Episcopus visitare potest oratoria publica, quae habent requisita Ecclesiae, etiam si de pertinentis Regularium, dummodo separata sint à claustris, & campetria.
- 45 Episcopus visitare potest Ecclesias parochiales Equitum Hierosolymitanorum, sed quoad ea tantum, quae ad Curam animarum, & Sacramentorum administrationem spectant.
- 46 At non posse Episcopum visitare oratoria publica dicte Religionis Hierosolymitanae, declaravit Sacra Congr. Conc.
- 47 An autem, & quando possit Episcopus visitare oratoria privata erecta ex privilegio Apostolico in Domibus privati Nobilium personarum, remissive.
- 48 Episcopus visitare potest Ecclesias parochiales subiectas Capitulo Lateranensi.
- 49 Episcopus potest visitare monasteria Monialium Regularibus subiectarum, in his, quae pertinent ad clausuram, etiam inconcussa, & irrequiritis earum Superioribus Regularibus.
- 50 Quoad talem autem visitationem debet Episcopus observare decreta Sacr. Congr. Conc. & Sacr. Congr. Episc. hae de re edita.
- 51 Praelati omnes seculares Episcopali, ac etiam Cardinalatus dignitate praediti, nequeunt ingredi clausuram Monialium etiam sibi subiectarum, nisi in casibus necessariis, ut est casus Visitationis, & tunc comitari à paucis, iisque senioribus, & Religiosis viris.
- 52 Si autem contrafecerint, incurrun Interdictum ab ingressu Ecclesiae pro prima vice, pro secunda vero contrahunt Suspensionem à Pontificali munere, & à Divinis; pro tertia autem vice, & deinceps, excommunicatione majori afficiuntur.
- 53 Unde non possunt Episcopi tecum ducere in clausuram ullos Laicos tanquam comites, & socios.
- 54 Nec possunt Episcopi, tecum ducere in clausuram plusquam octo personas, aliàs incurrun praedictas censuras.
- 55 Absolutio tamen ab istis censuris non est Papae reservata.
- 56 Praelati Regulares non possunt ingredi monasteria Monialium pro visitatione locali, nisi semel tantum in anno, ita ut eo anno, quo unus ex dictis Superioribus visitaverit, alius Superior à Visitatione hujusmodi se omnino absteat.
- 57 Praelatus Regularis, si fuerit Generalis, potest tecum introducere duos socios sui Ordinis; si fuerit alius à Generali, potest introducere tecum tantum unum socium sui Ordinis.
- 58 Neque ipse Visitator, nec ejus Socii possunt sum-

- mere intra Clausuram ullam refectorem.
- 59 Si Superior Regularis supradictis contrafecerit, ipso facto panam excommunicationis, & privationem omnium officiorum, quae obtinet, ac perpetuae inhabilitatis ad illa, vel alia in posterum obtinenda, vocisque activa, & passiva absque alia declaratione incurrit. Et nihilominus nullis privilegiis, & exemptionibus tueri se potest, quinvis ab Episcopo loci, tanquam Sedis Apostolicae Delegato, quoties, & quando opus fuerit, corrigi, & puniri valeat.
- 60 Episcopus visitare potest Hospitalia.
- 61 Et potest exigere ab administratoribus rationes, & computa, tam in visitatione, quam extra, etiam per suum Delegatum, non obstantibus quibuscumque privilegiis.
- 62 Immo potest Ordinarius visitare hospitalia, & ab eorum Administratoribus rationes, & computa exigere, non obstante quod à restatore, & lege fundationis expresse excludatur.
- 63 Item potest exigere rationem administrationis ab Hospitalibus, quae sunt sub immediata Regum protectione.
- 64 Non potest tamen visitare dicta hospitalia, quae sunt sub immediata Regum protectione.
- 65 Hospitalia aliquid visitare volenti, si opponatur exceptio, quod sub immediata Regum protectione existat, non ad Secularem Judicem, sed ad Episcopum talis exceptionis cognitio, & definitio pertinet.
- 66 Ad hoc tamen ut dicta hospitalia sint immunita à Visitatione Episcopi, debent esse talia à primava sua fundatione; nec sufficit, si hospitalia excipiantur ex parte à Rege sub sui immediata protectione.
- 67 Episcopus visitare, corrigere, & reformare potest Hospitalia omnia, etiam si privata sint laicorum in casibus à Jure concessis, scilicet ob negligentiam, vel ob dilapidationem bonorum, & ut restatoris voluntas servetur.
- 68 Hospitalia privata potest Episcopus visitare, corrigere, & reformare in his tantum, quae ad observandum voluntatem Testatorum pertinent, & ab Administratoribus rationem exigere una cum illis deputatis, quibus ex consuetudine ratio reddenda est.
- 69 Hospitalia unita, in quibus Ecclesiae sunt, vel assidue divina officia celebrantur, & bona eorum non sunt distincta, visitari debent ab Episcopo.
- 70 Hospitalia, quomvis debeant visitari ab Episcopo, non inde tamen prohibetur quin & Judices Seculares eadem visitare possint, si hoc eis aliis legitime competat.
- 71 Hospitalia administrata à Fratibus S. Joannis Dei non sunt exempta à Jurisdictione Ordinaris, nisi solum quoad Regularem observantiam.
- 72 Episcopus visitare potest Confraternitates laicorum, etiam si essent erectae in Ecclesiis, seu oratoriis fundatis, & extructis in solo, & territorio Religionis Hierosolymitanae.
- 73 Episcopus visitare potest etiam Confraternitates, quae non à primava sua fundatione sunt sub immediata Regum protectione, sed solum ex parte sub sui immediata protectione sunt à Rege accepta.
- 74 Administratores Confraternitatum, sicuti & aliorum piorum locorum, possunt compelli ab Episcopo ad reddendam rationem administrationis, & ad portandum libros administrationis etiam ad palatium episcopale, si sint in loco residentia, seu alterius stationis, & permanentiae Episcopali.
- 75 Etiam si tales Administratores rationem administrationis aliis reddere solent, adhuc vigore dispositionum Concilii principaliter eris adhibendus Episcopus.
- 76 Immo redditio rationis administrationis danda est Episcopo etiam à confraternitatibus, aliisque locis piis, quae sunt sub immediata Regum protectione.
- 77 Episcopus in visitatione debet celeriter, quantum res postulat, se expedire, & ad actus extraneos non se divertere, ne visitati graveantur expensis.
- 78 Qualis autem, & quanta Procuratio debeatur, &
- quibus Episcopo visitanti, seu aliis visitatoribus remissive.
- 79 A procuratore respectu visitationis Apostolicae nemo est exemptus, licet in specie contribuere teneatur is, qui est in culpa.
- 80 Si visitator Apostolicus sit Episcopus, debet habere decem scuta monetae pro qualibet die.
- 81 Antequam inchoetur visitatio, proponantur edicta, in quibus Episcopus debet denuntiare diem suum iis, quos visitare intendit.
- 82 Non licet tamen Episcopo visitationem aggredienti proponere edicta, quibus subditi jubeantur in virtute Sanctae Obedientiae crimina detegere, multoque minus proposita pena Excommunicationis, sed solum ad id emixe hortari.
- 83 Tempus incipiendae visitationis est arbitrium Episcopi.
- 84 An autem visitatio Generalis diocesis procedere debeat convocationem Synodi, vel e contra remissive.
- 85 A qua ecclesia sit inchoanda Visitatio, remittitur arbitrio Episcopi.
- 86 Pro visitatione faciendae eligi solent ab Episcopo duo Convisitatores satis experti, & in rebus ecclesiasticis versati.
- 87 Non est tamen necessaria talis electio, seu assumptio Convisitatorum, aut Adjutorum, sed tantum voluntaria.
- 88 Unde visitare potest Episcopus sine Adjunctis etiam Corpus Ecclesiae Cathedralis.
- 89 An Episcopus visitare debeat per se ipsum, vel etiam possit per alium.
- 90 Episcopus quando visitat totum Capitulum, debet visitare in loco ordinario, non ita quoties prosequi velit visitationem alicujus Personae de Capitulo.
- 91 Visitatio Personarum Capitularium est faciendae citra panam ordinariam, & privationem.
- 92 Episcopus solus sine Confratribus procedere potest contra Canonicos in Visitatione Generali, & illis imponere panam extraordinariam.
- 93 Episcopus in Visitatione tenetur predicare Verbum Dei per se, aut saltem per alios.
- 94 Visitator, si adveniat altaria de Jure patronatus Laicorum, non provisae necessarii suppellectilibus, aut vetustate consumpta fere collapsa, debet monere Patronos, ut illa restaurent, & onera eis ad juncta adimpleant; aliàs potest illa alteri Patrono concedere.
- 95 Visitator debet permittere, ut Reliquiae antiquae repositae sine suis Authenticis habeantur in ea veneratione qua habitus fuerunt.
- 96 Reliquiae provenientes ex devotione secularium, quarum claves, vel unam ipsi retinent, & expensas pro earumdem ornatum subministrant, visitantur ab Ordinario, etiam in Ecclesiis Regularium.
- 97 Visitator non potest recusari.
- 98 Visitator, si sibi impediatur aditus ad visitandum, an possit frangere portas Ecclesiae.
- 99 Impedientes Visitatorem à munere visitationis, excommunicat. ipso Jure incurrant, si moniti non respiciant.
- 100 Quomodo haec excommunicatio sit latae sententiae, non tamen incurritur statim ac fuerit visitationi illatum impedimentum, sed requiritur, quod impedientes prius sint moniti, & adhuc non desistant.
- 101 Commendatarii possunt visitare monasteria sibi commendata in iis, quae pertinent ad Curam animarum, & administrationem Sacramentorum.
- 102 Non tamen quoad disciplina Regularium.
- 103 Superiores Regulares ordinarie non solent visitare Ecclesias sui Ordinis commendatas Secularibus, nisi ibi habeant Conventum formatum.
- 104 Provincialis in actu non potest esse Visitator extra suam provinciam.
- 105 Visitator provinciae à Generali deputatus non potest substituere sine licentia Sacrae Congreg.
- 106 Superiores cujusque monasterii Visitationem biduo deberent explorare.

- 107 *Visitator in Ordine Fratrum Minorum de Observantia deputandus est à Patre Generali circa finem triennii Provincialium Ministris Provincialibus cujusque provincie; & intra quantum temporis debeat visitationem complere, & Capitulum celebrare.*
- 108 *Dictus Visitator resistens illumque impediens sunt ipso facto excommunicati excomm. Papa reservata, Officio privati, & voce activa, & passiva in perpetuum destituti.*
- 109 *Dictus Visitator non habet votum in electionibus nisi specialiter à Generali sibi ipsi concessum.*
- 110 *Neque in electione Capitulari habet in paritate votorum votum decisivum.*
- 111 *Habet autem ipsum votum decisivum in electionibus, que fiunt à solo Definitorio, si à Generali sit deputatus Præses.*
- 112 *Præfatus Visitator non potest usurpare sibi sigilla majora Provincie, & multa alia nequit, que hic assignantur.*
- 113 *Nec visitare potest monasteria Monialium, nisi ad ei fuerit specialiter ex aliqua rationabili causa concessum.*
- 114 *Nec potest statuta provincie condere, vel mutare sine Capitulo, & varia alia facere nequit.*
- 115 *Dictus Visitator non potest eligi in Provinciam provincie, quam visitat.*
- 116 *Visitatione incæpta durat ejus Auctoritas, & Officium, mortuo licet, vel amoto Delegante.*
- 117 *Celebratio Provinciali Capitulo durat ejus Auctoritas solum per viginti adhuc dies.*
- 118 *Visitatore moriente, ad quem spectet regimen Provincie.*
- 119 *Que autem dictus Visitator in obeundo Visitatoris munere præstare, & inquirere debeat remissive.*
- 120 *Quoad ea, que concernunt Visitatores aliorum Regularium Ordinum, queque præstare, & inquirere debeant: Attendende sunt propriae cujusque Religionis peculiare constitutiones.*
- 121 *Que verè advertenda sint ab Episcopis ac Visitatoribus in Generali visitatione, adducuntur hic per extensum.*
- 122 *Adducuntur varie novissima Resolutiones Sacre Congregationis Concilii ad Visitationem pertinentes.*
- 123 *Ad rem postremo subjiciuntur quedam pro Minoribus de Observantia.*
- 124 *Subneantur Supplementa Auctoris, ad n. 162.*

VISITARE nihil aliud est, quam excessus, ac defectus inquirere, inventosque castigare, & convenientibus remediis emendare, atque observantiam & obligationem juxta cujusvis personæ, ac rei exigentiam, ubi adhuc viget, conservare, & ubi deficit, in pristinum restituere: Barbosa de offic. & potest. Episcop. part. 3. allegat. 73. num. 1. & alii communiter, per text. Concil. Trident. sess. 24. de reformat. cap. 5. ubi: *Visitationem autem iterarum præcipuis sit scopus, sanam orthodoxamque doctrinam, expulsis hæresibus, inducere, bonos mores tuere, prava corrigere, populum cohortationibus, & admonitionibus, ad Religionem, pacem, innocentiamque accendere, cetera prout locus, tempus, & occasio feret, ex visitantium prudentia ad fideliu fruclum constituere.*

Visitandi Jus, & potestas competit omnibus Prælati Ecclesiasticis, qui Jurisdictionem ordinariam in aliquos habent; cap. Romana 1. §. Hanc, de Censibus in 6. Unde post Romanum Pontificem Jus, & potestatem visitandi habent Legati à Latere ex officio Legationis sibi à Sede Apostolica demandata; cap. Cum Apostolus, de Censibus. Item Legati Pontificii, qui non sunt à Latere, sed dicuntur nati, quibus Legatio Apostolica competit ratione dignitatis, in qua sunt constituti; cap. Cum Instantia, cap. Procuraciones, de Censibus, Barbosa loc. cit. num. 1. & alii. Item Legati Apostolici, qui Missi, sive Nuntii Apostolici nuncupantur, si visitandi onus eis sit specialiter impositum, vel si urgens aliqua necessitas visitationem postulet; cit. cap. Cum instantia,

& cit. cap. Procuraciones, de Censibus, Tuschus de Visitatione, lib. 1. cap. 2. num. 9. Barbosa loc. cit. num. 21. Item Vicarius Summi Pontificis in territorio sibi inuncto; cap. penult. de Offic. Vicar. Tuschus cit. lib. 1. cap. 2. num. 4. Barbosa loc. cit. num. 21. & alii. Item Cardinales in Ecclesiis suorum Titulorum: Leo X. in constit. Incip. Supernæ: edita in Concil. Lateranen. V. sess. 9. cap. 2. Vide verb. Cardinales art. 3. num. 14.

Patriarchæ, Primates, Archiepiscopi, & Episcopi Jusordinarium habent visitandi suas respective dioceses; cap. Romana 1. de Censibus in 6. Concil. Trid. sess. 24. de reformat. cap. 3. Ita ut habeant intentionem fundatam quoad Jus visitandi omnes Ecclesias cujusque suæ respective diocesis; cap. Omnes Basilicæ 14. q. 7. cap. Conquerente, de Offic. Ordinarii, cit. cap. Romana 1. de Censibus in 6. & Communis Doctorum.

Item Vicarius Capitularis, sede vacante, id potest, sive per se, sive per alium: Vide verb. Vicarius Capitularis art. 2. num. 11.

Item Vicarius Apostolicus: Vide verb. Vicarius Apostolicus n. 4. Item Vicarius Collegiate exemptæ, & Nullius diocesis: Rota recent. apud Farinac. part. 1. decis. 346. Nicolius in Flocculis verb. Visitatio ordinaria n. 3. Vide verb. Vicarius Capitularis art. 1. n. 59.

Item Abbates, alique Prælati habentes proprium Territorium, & qualitate Nullius; cap. Romana 1. §. Hanc de Censibus in 6. cum similibus, & Communis Doctorum. Item Decani, Archidiaconi, Archiepiscopi Plebani, & alii inferiores visitandi Jus habent, si id longa consuetudine præscriperint; cap. Super eo, & cap. Cum Apostolus, de Censibus, Concil. Trid. sess. 24. de reformat. cap. 3. ibi: *Archidiaconi autem, Decani, & alii inferiores in iis Ecclesiis, ubi hæcenus visitationem exercere legitime consueverunt, debeant quidem, assumpto Notario, de consensu Episcopi deinceps per se ipsos tantum visitare.*

Item Capitulum, superstitè adhuc Episcopo, potest interdum ex præscriptione, vel privilegio habere Jus visitandi; & tunc Visitatores à Capitulo deputati debent esse approbati ab Ordinario: Concil. Trid. cit. sess. 24. de reformat. cap. 3. ibi: *Visitatores, etiam à Capitulo deputandi, ubi Capitulum Jus visitandi habet, prius ab Episcopo approbentur:* Barbosa supra Concilium loc. cit. n. 14. & cit. allegat. 73. num. 26. cum aliis ibi citatis referens, sic etiam decisum fuisse à Sacra ejusdem Concilii Congregatione.

Dicti Archidiaconi tamen, & alii inferiores visitationis à se factæ rationem reddere, & acta omnia exhibere Episcopo infra mensem tenentur: Conc. Trid. loc. cit. ibi: *Cui ipsi Archidiaconi, vel alii inferiores Visitations factæ infra mensem rationem reddere, & depositiones sententiarum, ac integra acta exhibere tenentur, non obstantibus quacumque consuetudine etiam immemorabili, aique exemptionibus, & privilegiis quodcumque. Immo Episcopus etiam per alium potest easdem Ecclesias seorsim ab his iterum visitare:* Concil. Trid. loc. cit. ibi: *Sed non ideo Episcopus, vel eo impedito ejus Visitator easdem Ecclesias seorsim ab his visitare prohibentur.* At vero licet Episcopus possit iterum visitare Ecclesias visitatas ab inferioribus, non potest tamen iterum punire punitos ab eis, neque ab illis absolutos cogere ad innocentiam suam demonstrandam: Sic decisum fuisse refert Barbosa supra Concil. loc. cit. numer. 15. & Armerdam, apud ipsum ibi.

Superiores Generales Ordinum Regularium, Provinciales, & alii Prælati, quibus est in alia inferiora monasteria, prioratusve legitima Jurisdictio, habent Jus visitandi monasteria, aliaque loca sibi subiecta; cap. In singulis, & cap. Ea que de statu Monachor. Concil. Trid. sess. 21. de reformat. cap. 8. & sess. 25. de Regularib. capit. 20. & Communis Doctorum, praxi quotidiana id demonstrante (Vid. lit. R pag. 56. in fin. col. 2.)

Episcopi, alique Superiores non solum possunt sed etiam tenentur per se ipsos, aut si legitime fuerint impediti, per Vicarios suos, aut Visitatores, qui Presbyteri sunt, vel Diaconi, singulis annis, aut si ob titudinem fieri nequeat, saltem quolibet biennio totam

tam Diocesim, & Ecclesias ejusdem visitare: Communis, claris Juribus in cap. Decrevimus 10. q. 1. ibi: *Decrevimus, ut annuis vicibus ab Episcopo Dioceses visitentur;* cap. Episcopum 11. eadem caus. & quest. ibi: *Episcopum singulis annis ire oportet, ut exquirat &c. Quod si ipse, aut languore detentus, aut alius occupationibus implicatus id explere nequiverit, Presbyteros probabiles, aut Diaconos mittat, qui redditis Basilicarum, & Ministrantium vitam inquirent:* Et Conc. Trid. sess. 24. de reformat. cap. 3. ibi: *Patriarchæ, Primates, Metropolitani, & Episcopi propriam diocesim per se ipsos, aut, si legitime impediti fuerint, per suum Vicarium Generalem, aut Visitatorem, si quotannis totam propter ejus latitudinem visitare non poterunt, saltem majorem ejus partem, ita tamen ut tota biennio per se vel per Visitatores suos compleatur, visitare non pretermittant.*

Vicarius tamen Generalis hoc Jus visitandi non habet, nisi specialiter ei committat Episcopus: Barbosa supra Concil. cit. sess. 24. cap. 3. num. 3. & cit. allegat. 73. n. 28. cum pluribus ibi citatis, & alii passim: Vide verb. Vicarius Generalis art. 2. num. 22.

Metropolitani olim post plenè visitatam propriam diocesim poterant etiam visitare dioceses suorum Suffraganeorum; sed hodie hoc amplius non possunt, nisi ex causa cognita & probata in Concilio Provinciali, vel à Sacra Congregatione Concilii Trident. cit. sess. 24. cap. 3. Sac. Congr. Episcop. in Cajacen. & Theanem. 22. April. 1603. apud Nicol. in Floccul. verb. Visitatio ordinaria num. 2.

Episcopus visitare potest toties, quoties opus fuerit non solum Ecclesias communes diocesis, sed etiam Capitula, & Ecclesias Cathedralis, aliasque majores, & personas illarum: Communis, per textum expressum Concilii Trident. sess. 6. de reformat. cap. 4.

Item tamquam Sedis Apostolicæ Delegatus visitare potest omnes Ecclesias seculares exemptas, non obstantibus privilegiis, & consuetudinibus, etiam immemorabilibus tempore præscriptis: Communis, text. expresso in Concil. Trid. sess. 7. de reformat. cap. 8.

Item potest visitare quascumque Ecclesias Seculares intra fines suæ diocesis existentes, etiam ad Regulares pertineant, & ab eis dependant, dum tamen per seculares ei deserviat & hoc vigore Concilii Trident. sess. 7. de reformat. cap. 8. Sic decisum fuisse referunt Armerdam. in addit. ad recapit. Leg. Navar. lib. 1. tit. 6. de Visitat. lib. 5. §. 2. numer. 3. Ventrigli. Prax. 2. annotat. 24. §. 1. num. 7. Secus autem Ecclesias Regulares Nullius diocesis, ut ex Tridentino, & Decret. Sacre Congregationis, ad longum probat Fagnan. lib. 3. Decretal. in cap. Nullus de Parochiis n. 33. & 37. & Matthæuc. Official. Cur. cap. ult. a. n. 12. ad 14. & alii.

Vicini Episcopus potest visitare beneficia secularia, & Clericos seculares Abbatis Nullius diocesis, ipsosque culpabiles repertos corrigere; & dicitur vicini Episcopus solum ille, cujus Cathedralis Ecclesia sit Abbatie proximior, non autem locus dicte Abbatie subiectus; Barbosa supra Trid. cit. sess. 24. cap. 9. n. 4. attestans sic decisum fuisse die 2. Augusti 1596.

Episcopus vicinior, si sit legitime impeditus, potest Ecclesias seculares Nullius diocesis visitare per suum Vicarium Generalem: Sic decisum fuisse die 17. Januarii 1585. testatur Barbos. loc. cit. num. 6.

Si Ecclesia, seu Abbatia Secularis Nullius Diocesis sita sit in aliqua diocesi, Visitatio spectat ad Ordinarium, in cujus diocesi est Ecclesia Nullius: Sic de-

cisum fuisse refert Rota part. 2. recent. decis. 501. n. 5. apud Barbosam loc. cit. num. 3.

Episcopus, sive per seipsum, sive per alium delegatum visitare potest Ecclesias etiam non curatas, quæ reperiuntur erectæ in solo Lateranensi, ut clare patet ex responsione Sacre Congregationis Concilii ad sequentia dubia proposita ab Episcopo Mileti.

I. *An Episcopus Milerensis tamquam Delegatus Apostolicus possit subdelegare suum Vicarium Generalem vel aliam dignitatem ecclesiasticam sibi benevisam in Visitatione Diocesis, & præcipue Ecclesiarum, que præsentantur sive in solo Lateranensi?*

II. *An Vicarius destinatus in dicta diocesi Mileten. à Reverendis. Capitulo Basilicæ Lateranensis possit revideri Visitaciones factas ab Episcopo, sive ejus Delegato Visitatore in dictis Ecclesiis?*

III. *An prædictus Vicarius Lateranen. in dicta diocesi Mileti possit revideri libros computatorum reddituum Societatum Laicarum erectarum in iisdem Ecclesiis, & an pro dict. computatorum revisione possit recipere à dict. Societatibus aliquod emolumentum, seu mercedem?*

IV. *An Vicarius destinatus in dicta diocesi Mileten. à dict. Reverendis. Capitulo possit indicere Concursum in occasione vacantia Ecclesiarum parochialium, que præsentantur sive in solo Lateranensi?*

V. *An Episcopus Mileten. in præfatis Ecclesiis intra fines suæ Diocesis possit exercere suam Jurisdictionem ordinariam quoad provisionem Parochialium, aliorumque concernentium Curam animarum, & administrationem Sacramentorum?*

VI. *An in alienationibus rerum earumdem Ecclesiarum solemniter requisitum etiam in vim Can. Terrulas quest. 2. adhiberi debeant per Episcopum, vel per dictum Vicarium destinatum à Capitulo dicte Sacrosanctæ Basilicæ Lateranensi?*

VII. *An in casu, quo prædictus Vicarius destinatus à Capitulo se ingereret in Jurisdictionibus, & causis spectantibus ad Episcopum Mileten. possit ab eodem coerceri & puniri Canonice Censuris, & panis?*

Quibus propositis, auditis partibus in plena Congregatione 23. Aprilis 1701. responsum fuit: *Ad primum posse visitare per se, vel per alium etiam Ecclesias sitas in solo Lateranensi ad formam Sacri Concilii. Ad secundum, negativè: Ad tertium, negativè: ad utrumque: Ad quartum, negativè: Ad quintum, dilata: Ad sextum spectare ad Episcopum, prius à se: Ad septimum, affirmativè.*

Super quibus reposita causa 3. Maii 1702. Eadem Congregatio, respondit: *Ad 1. in decisis Ad 2. in decisis. Ad 3. in decisis, quoad primam partem, præterquam quoad Archi-Confraternitates erectas auctoritate Capituli, & quoad secundam in decis. Ad 4. quoad primam partem affirmativè quoad institutionem auctorizabilem tantum, quoad verò ad secundam partem affirmativè. Ad 6. dilata. Ad 7. in decisis.*

Et iterum in eadem causa & inter easdem partes 30. propositis novis dubiis:

I. *An sine subdelegatione speciali subdelegatus ab Episcopo ad visitandam diocesim possit visitare Ecclesias, Confraternitates, & loca pia fundata in solo Lateranensi?*

II. *An dict. Subdelegatio specialis debeat à Subdelegato ostendi, & inseri actis Visitationis?*

III. *An Episcopus, vel ab eo Delegatus teneatur declarare expresse se visitare jure delegato?*

IV. *An Vicarius Lateranensis in Visitatione, quam facit jure ordinario, possit petere, ut sibi ostendantur, acta Visitationis factæ ab Episcopo, vel ejus Delegato?*

V. *An Ecclesias Parochiales fundatas in solo Lateranensi valeat Episcopus visitare jure ordinario?* Die 17. Novembris 1703. Sac. Congregatio &c. respondit.

Ad 1. Negativè, & quoad Confraternitates juxta resolutiones jam factas.

Ad 2. Affirmativè.

Ad 3. Affirmativè.

Ad 4. Affirmativè, non tamen auctoritative ad effectum corrigendi.

Ad 5. Negativè.

31 Visitatione Abbatis Sanctae Mariae de Perno site in confinio Diocesis Muranæ, & Rapellen. æque principaliter unitæ Ecclesie Melphensi spectat ad Episcopum Melphensem, ut patet ex responsione Sacre Congregationis Concilii ad sequentia dubia relat. ab Ursaya tom. 3. part. 1. discip. 33. à num. 45.

I. An visitatio Ecclesie Sanctae Mariae de Perno spectet ad Episcopum Melphensem, vel potius ad Episcopum Muranum?

II. An censura lata per Curiam Episcopalem Melphensem contra Vicarium Generalem Muranum sustineatur?

III. An declaratoria censurarum facta per Vicarium Generalem Muranum contra Vicarium Generalem Melphensem sustineatur?

Die 16. Junii 1712. Sac. Congr. Concilii respondit: Ad primum, affirmative quoad primam partem, negative quoad secundam. Ad secundum, affirmative, & pro absolute arbitrario Metropolitani: Ad tertium, negative.

32 Visitare Jure delegato potest Episcopus Ecclesias unitas Collegiis exemptis: Sac. Congr. Concil. in Bononiensis. Juris visitandi 2. Obobris 1721. Sic refert Ursaya in miscellan. 1. Sac. & profan. lit. V num. 147.

33 Visitare tamen non posse Episcopum beneficia unita Universitati Complutensi ob privilegia, quæ habet, decrevit Sac. Congr. Concil. die 22. Junii 1606. apud Aldan. in Compend. Canon. resolut. lib. 1. tit. 7. num. 10. & Barbos. Summ. Apostol. decis. verb. Visitare quando, & quæ Episcopus valeat num. 14.

34 Visitare potest Episcopus dignitatem exemptam in concernentibus Curam animarum illi annexam: Sac. Congr. Concil. in Burgen. 18. Augusti 1628. apud Barbosam loc. cit. num. 12.

35 Item visitare potest omnes Ecclesias Curatas monasterii Regularium unitas: Concil. Trid. sess. 7. de reform. cap. 7. & sess. 25. de Regularibus cap. 11. In his enim, quæ spectant ad Curam animarum secularium, tam Ecclesie, quam Personæ Regulares dicam Curam exercentes subiacent Jurisdictioni, visitationi, & correctioni Episcopi, ut decisum fuisse sub die 5. & 6. Junii 1627. refert Barbos. supra Concil. sess. 25. de Regularibus cap. 11. num. 4. & 5. & novissime Sac. Congr. Concilii in Mediolanensi. 12. Novembris 1689. & Congregatio particularis deputata ab Alexandro VIII. in causa Hispanen. 30. Januarii 1694. in respons. ad 6. & relata in Congregatione Generali 18. Augusti 1696. apud Monacell. part. 1. tit. 5. formul. 1. num. 2.

36 Dummodo tamen Ecclesia Parochialis non sit illius Conventus, in quo Generalis Ordinis habet residentiam ordinariam, quia ipsa gaudet exemptione à Jurisdictione Ordinarii: Concil. Trident. sess. 25. de Regularibus cap. 11. & Sac. Congr. Concil. in Laudens. Jurisdictionis 1. Dec. 1691. in qua plene articulo discussio, & partibus informantibus, fuit resolutum, constitutionem Gregorii XV. incipientem Inscrutabili: non derogasse privilegio cap. 11. sess. 25. de Regularibus favore Generalium Ordinum concessio: Sic refert Monacell. part. 1. tit. 6. formul. 20. num. 14. & sic aliis censuit eadem Sacra Congreg. teste Ventriglia part. 1. annot. 48. §. unico n. 91. Quamvis Barbosa in Summa Apostolic. decisio. visitare verb. Ecclesias, & loca Regularium quando possit Episcopus visitare? referat ex Armendar. & Lezana, Sacram Congregationem Concilii censuisse, quod visitare possit Episcopus ex Decreto Concilii sess. 7. cap. 7. de reform. Ecclesias parochiales unitas Monasterio Canoniorum Regularium, tamen Generalis in eo Sedem ordinariam principalem habeat.

37 Episcopus visitando Ecclesias Curatas exemptas, vel Regularibus subjectas, potest facere decreta in his, quæ concernunt ream administrationem, & custodiam Sacramentorum, & quatenus decreta discrepent ab illis, quæ fecerunt Superiores exempti, seu Regulares, debent ordinationes Episcopi prevalere & observari: Sac. Congr. Concil. in Veron. 10. Julii 1628. in Mediolanensi. 12. Novembris 1689. & Congregatio particularis deputata ab Alexandro VIII. in causa Hispanen. 30. Januarii 1694. in respons. ad 6. relata in Congregatione Generali 18. Augusti 1696.

Quamvis Episcopus possit visitare Ecclesias parochiales monasteriis Regularium unitas, vel annexas, nequit tamen visitare domos ipsarum parochialium, in quibus non viget Regularis observantia, sed in eis habitant soli Parochi Regulares ab eodem approbati, ut alias respondit Sac. Congr. apud Fagnan. lib. 1. Decretal. in cap. Grave gerimus 19. num. 16. de Officio Ordinarii.

38 Nec Episcopus potest visitare monasteria Regularium eo pretertextu, quod eorum Superiores sint negligentes, ut respondit Sac. Congr. Concil. die 20. Februarii 1616. apud Piasec. Prax. part. 2. cap. 3. art. 6. n. 32. ibi: Sac. Congr. Cardin. Conc. Trid. Interpretum censuit non licere Ordinariis locorum Monasterii Regularium eo pretertextu visitare, & corrigere, quod illorum Superiores admoniti intra sex menses illa non visitaverint, vel correxerint, nisi eadem Monasteria, vel sub Commenda existant ex decreto cap. 3. sess. 21. vel suorum Ordinum Capitulis non subsint, ac se in Congregatione redigere neglexerint juxta cap. 8. sess. 25. de Regularibus.

39 Neque potest Episcopus visitare Capellas, & altaria Laicorum, seu Confraternitatum Laicalium in Ecclesiis Regularium erecta, ut resolvit Sac. Congr. Concil. apud Fagnan. in cit. cap. Grave gerimus num. 48. & expresse Pignatell. tom. 10. consult. 39. num. 9. Quamvis enim possit Episcopus visitare Confraternitates laicales erectas in Ecclesiis Regularium in his, quæ respiciunt administrationem, & adimplementum onerum, ut pluries respondit, tum Sac. Congr. Episcop. tum Sac. Congr. Concilii, ut videtur potest sub verb. Confraternitates art. 3. num. 1. Tamen nullatenus visitare potest Capellas, & Altaria in Regularium Ecclesiis per ipsas Confraternitates Laicales constructa, ut pluries declaravit dicta Sac. Congregat. ut videtur potest sub dict. verb. Confraternitates à num. 2. ad 4.

An autem, & quando possit, vel non Episcopus visitare Conventus Regularium, sive antiquos suppressos, & iterum restitutos, sive nunquam suppressos, aut de novo erectos? Vide verb. Conventus art. 2. per tot. ubi abunde de omnibus.

40 Episcopus visitare potest Oratoria publica, quæ habent requisita Ecclesie, etiamsi sint de penitentiis Regularium: Dummodo separata sint à claustris, & campestris: Sac. Congr. Concil. in Casanaten. 23. Septembris 1699. & in Corton. 20. April. 1697. Vide dict. verb. Conventus num. 10. in respons. ad quantum dubium & sub. num. 21. in responsione ad primum.

41 Episcopus visitare potest Ecclesias parochiales Equitum Hierosolymitanorum, sed quoad ea tantum, quæ ad Curam animarum, & Sacramentorum administrationem spectant: S. Pius V. constituit. 136. incip. Exposcit: At non posse Episcopum visitare oratoria publica dicte Religionis Hierosolymitanæ declaravit Sac. Congr. Concil. in Manuana 17. Junii 1690. ut refert, & tenet Monacell. part. 1. tit. 5. formul. 2. num. 5. in fine. An autem, & quando possit Episcopus visitare oratoria privata erecta ex privilegio Apostolico in domibus privatis Nobilium Personarum? Vide verb. Oratorium à n. 25. ad 26.

42 Episcopus visitare potest Ecclesias parochiales subjeças Capitulo Lateranensi: Sac. Congr. Episcop. in Aquilana Terra Ariseie 23. Junii 1690. Immo & quæ concernunt ornatum Ecclesie: Sac. Congr. Concil. in Casanaten. 23. Septembris 1690. apud Monacell. loc. cit. num. 2. in fine.

43 Episcopus potest visitare monasteria Montalium Regularibus subjeclarum in his, quæ pertinent ad clausuram, etiam inconsultis, & irrequisitis earum Superioribus Regularibus: Vide verb. Montales art. 3. n. 95.

44 Quoad talem autem visitationem debet Episcopus observare decreta Sacre Congregationis Concilii hac de re edita, & adducta sub dict. verb. Montales num. 96. & insuper decreta Sacre Congreg. Episcop. & Regul. quæ hic dantur, prout referuntur ab Eminentiss. Petra tom. 5. Commentar. ad constit. 4. Callisti III. sect. 2. num. 143. vers. Resolutio, ibi: Resolutio itidem novissima Congregationis Episcoporum, & Regularium fuit in Nucerinâ Paganorum inter Episcopum, & Montales Ord-

45 dinis Prædicatorum monasterii exempti in dicta civitate existentis, & proposita fuerunt infrascripta dubia.

I. An Episcopus in concernentibus observantiam Clausuræ, toties quoties expedire judicaverit, possit visitare monasterium Montalium Sanctæ Annæ subjeclarum PP. Ordinis Prædicatorum?

II. An possit visitare earum Ecclesiarum Communitarium, & Crates Confessionarum quoad concernentiam clausuram?

III. An possit visitare nedum crates, & mania exteriora monasterii, sed etiam eorum interiora, dormitoria, cellas atque loca pro clausura custodia?

IV. An possit indutus stola supra rochetum, & mozzetam, solum cum suis Conventibus ingredi, & visitare clausuram Montalium absque interventu Prioris, & alterius cujusvis Religiosi?

V. An Episcopus volens possit in acta visitationis habere sermonem spirituales Montalium tam intra, quam extra septa monasterii.

VI. An Episcopus sit per Priorissam tradenda notula nominum Montalium, Educandarum, & Ancillarum tempore visitationis?

VII. An possit Episcopus occasionem visitationis singulas Montales, & unamquamque separatim interrogare, & examinare circa observantiam clausuræ?

VIII. An tam Regulares, quibus subjectæ sunt Montales, quam etiam Seculares, veniantur ab Episcopo obtinere licentiam alloquendi Montales?

IX. An possit Episcopus insimul cum Superiore Regulari revidere computa, & atque recognoscere statum Oeconomicum monasterii?

X. An censure sustineantur in casu Sc.

XI. An consistat de attentatis, & quomodo sint purganda?

XII. An, & quomodo sit providendum quoad ingressum Conversarum in locum ultimo loco defunctarum in casu Sc.

Die 7. Julii 1724. Sac. Congr. Episcop. & Regularibus respondit.

Ad I. usque ad X. inclusivè Affirmativè.

Ad XI. Negativè.

Ad XII. Providebitur post revisionem Status Oeconomici.

51 Prælati omnes seculares Episcopali, ac etiam Cardinalatus dignitate præditi nequeunt ingredi clausuram Montalium etiam sibi subjeclarum, nisi in casibus necessariis, uti esse casus visitationis, & tunc comitari à paucis, iisque senioribus, ac Religiosis viris. Vide dict. verb. Montales art. 3. num. 66.

52 Si autem contrafecerint, incurrunt Interdictum ab ingressu Ecclesie pro prima vice, pro secunda verò contrahunt Suspensionem à Pontificali munere, & à Divinis; pro tertia autem vice, & deinceps excommunicatione majori afficiuntur: Vide ib. num. 67.

53 Unde non possunt Episcopi secum ducere in clausuram ullos Laicos, tamquam Comites, & Socios: Vide ib. num. 68. 69.

54 Nec possunt Episcopi secum ducere in clausuram plusquam octo personas, aliis incurrunt prædictas censuras: Vide ib. num. 71.

55 Absolutio tamen ab istis censuris non est Papæ reservata: Vide ib. num. 72.

56 Prælati Regulares non possunt ingredi monasteria Montalium pro visitatione locali, nisi semel tantum in anno, ita ut eo anno, quo unus ex dictis Superioribus visitaverit, alius Superior à visitatione hujusmodi se omnino absteat: Vide ib. num. 74.

57 Prælati Regularis, si fuerit Generalis, potest secum introducere duos Socios sui Ordinis; si fuerit alius à Generali, potest introducere secum tantum unum Socium sui Ordinis: Vide ib. num. 75.

58 Nec ipse Visitator, nec ejus Socii possunt sumere intra clausuram ullam refectionem: Vide ib. num. 76.

59 Si Superior Regularis supradictis contrafecerit, ipso facto penam excommunicationis & privationem omnium officiorum, quæ obtinet, ac perpetuè inhabilitatis ad illa, vel alia impostorum obtinenda, vocique activæ,

& passivæ absque alia declaratione incurrit. Et nihilominus nullis privilegiis, & exemptionibus tueri se potest, quominus ab Episcopo loci tanquam ad hoc Sedis Apostolicæ Delegato, quoties, & quando opus fuerit, corrigi, & puniri valeat: Vide ib. num. 78.

60 Episcopus visitare potest hospitalia: Vide verb. Hospitale hum. 33. & verb. Administratio num. 2.

61 Et potest exigere ab Administratoribus rationes, & computa, tam in visitatione, quam extra, etiam per suum Delegatum, non obstantibus quibuscumque privilegiis: Vide ib. num. 34.

62 Immo potest Ordinarius visitare hospitalia, & ab eorum Administratoribus rationes, & computa exigere, non obstante, quod à testatore, & lege fundationis expresse excludatur: Vide ib. num. 35. & verb. Administratio num. 3. 4. & 5.

63 Item potest exigere rationem administrationis ab hospitalibus, quæ sunt sub immediata Regum protectione: Vide dict. verb. Administratio num. 12. 13. & 14.

64 Non potest tamen visitare dicta hospitalia, quæ sunt sub immediata Regum protectione: Conc. Trid. sess. 22. de reform. cap. 8.

65 Hospitalia aliquod visitare videntur, si opponatur exceptio, quod sub immediata Regum protectione existat, non ad Secularem Judicem, sed ad ipsum Episcopum talis exceptionis cognitio, & definitio pertinent: Vide dict. verb. Hospitale num. 38.

66 Ad hoc tamen ut dicta hospitalia sint immunita à visitatione Episcopi, debent esse talia à primæva sua fundatione: Nec sufficit, si Hospitalia accipiuntur ex post à Rege sub sui immediata protectione: Vide dict. verb. Hospitale num. 39.

67 Episcopus visitare, corrigere, & reformare potest hospitalia omnia, etiamsi privata sint Laicorum, in casibus à Jure concessis, scilicet ob negligentiam, vel ob dilapidationem bonorum, & ut Testatoris voluntas servetur: Vide verb. Hospitale num. 40.

68 Hospitalia privata potest Episcopus visitare, & corrigere, & reformare in his tantum, quæ ad observandam voluntatem testatorum pertinent, & exigere rationem ab Administratoribus una cum illis deputatis, quibus ex consuetudine ratio reddenda est: Vide ib. num. 41.

69 Hospitalia etiam unita, in quibus Ecclesia sunt, vel assidue divina officia celebrantur, & bona eorum non sunt distincta, visitari debent ab Episcopo: Vide ibid. num. 42.

70 Hospitalia, quamvis debeant visitari ab Episcopo non inde tamen prohibetur, quin & Judices Seculares eadem visitare possint, si hoc eis aliis legitime competit: Vide ib. num. 43.

71 Hospitalia administrata à Fratibus S. Joannis Dei non sunt exempta à Jurisdictione Ordinarii, nisi solum quoad Regularem observantiam: Vide ib. num. 44.

72 Episcopus visitare potest Confraternitates Laicorum, etiamsi essent erectæ in Ecclesiis, seu Oratoriis fundatis, & extructis in solo, & territorio Religionis Hierosolymitanæ: Vide verb. Confraternitates art. 3. num. 5.

73 Episcopus visitare potest etiam Confraternitates, quæ non à primæva sua fundatione sunt sub immediata Regum protectione, sed solum ex post sub sui immediata protectione sunt à Rege accepta: Vide ibid. à numero 6. ad 8.

74 Administratores Confraternitatum, sicut & aliorum piorum locorum, possunt compelli ab Episcopo ad reddendam rationem administrationis, & ad portandum libros administrationis etiam ad Palatium Episcopale, si sint in loco residentie, seu alterius stationis, & permanentie Episcopi: Vide ib. num. 9. & verb. Administrator num. 20.

75 Etiam tales Administratores rationem administrationis aliis reddere solent, adhuc vigore dispositionis Concilii principaliter erit adhibendus Episcopus: Sac. Congr. Concilii in Conversanen. 21. Martii 1697. & in Melebitana 20. Martii 1706.

76 Immo reddito rationis administrationis loca est Episcopo etiam à Confraternitibus, aliisque locis piis, quæ sunt sub immediata Regum protectione: Vide dict. verb.

verb. Confraternitates d. numer. 11. ad 13.

77. Episcopus in visitatione debet celeriter, quantum res postulat, se expedire, & ad actus extraneos non se divertere; ne visitati graventur expensis: Sic pluries censuit Sac. Cong. Conc. & signatur in una *Bojanen. die 14. Decembris 1654.* in qua ad instantiam Capituli Collegiatae Campi Bassi propositis sequentibus dabilis.

I. An Episcopus teneatur singulis annis visitare totam diocesim? *Idem.*

II. Qualis debeat esse comitatus ejusdem Episcopi visitantis ad effectum praestationis vicualium? *Idem.*

III. Per quod tempus in locis visitandis sint eis praestanda vicualia? *Idem.*

IV. An obtinentes Beneficia simplicia, seu Capellanias in Titulum teneantur contribuere distis vicualibus? *Idem.*

V. An eisdem vicualibus teneantur contribuere Confraternitates Laicorum? *Idem.*

VI. An Episcopus accedente ad conferendum Sacramentum Confirmationis teneatur Universitates praestare vicualia, seu provocationem? *Idem.*

Die 14. Decembris 1654. respondit.

Ad I. Affirmative; & si legitime impeditus fuerit, per vicarium Vicarium Generalem, vel alium Visitatorem idoneum debet visitare, ita ut talem toto biennio visitatio absolatur.

Ad II. Episcopum debere esse contentum de moderato, ac modesto equitatu, ac famulatu.

Ad III. Per Episcopum celeriter visitationem esse absolvendam, & ad actus extraneos non esse divertendum.

Ad IV. Obtinentes beneficia, seu capellanias in Titulo teneri pro rata contribuere.

Ad V. Confraternitates teneri ad eandem contributionem pro rata.

Ad VI. Non esse administranda vicualia, nisi concurrat consuetudo legitime praescripta. *Lib. 19. Dec. pag. 428.*

78. Quails autem, & quanta procuratio debeatur, & a quibus Episcopo visitanti, seu aliis Visitatoribus? Vide verb. Procuratio per tot. ubi multa ad rem.

79. Quibus addit, quod ad procuracionem respectu visitationis Apostolica nemo est exemptus, licet in specie contribui teneatur is, qui est in culpa: Sac. Congreg. Episcop. in *Ariminen. 26. Junii 1576.* & in *Spalaten. 3. Julii 1601.* Unde tenetur etiam Episcopus pro sua rata: Sac. Congreg. Episcop. in *Perentina 8. Novembris 1581.* Item Commendatarii, etiam Cardinales: Eadem Sac. Congreg. Episcop. in *Januen. 21. Aug. 1581.* Quamvis non esset expressum in Brevi: Eadem Sac. Congreg. Episcop. in *Lycien. 13. Augusti 1627.* Item etiam Regulares possidentes bona stabilia in communis ibidem. Maxime ratione parochiarum unitarum: Eadem Sac. Congreg. Episcop. in *Ariminen. 11. Martii 1579.* in *Placentina 26. Maii ejusdem anni,* & in *Cremonen. 1. Martii 1580.* Nisi haberent privilegium in specie pro hoc casu; ibi. Sic apud Nicol. in *Florent. verb. Visitatione Apostolica num. 23.*

80. Si Visitator Apostolicus sit Episcopus, debet habere decem scuta Monetae pro qualibet die: Sac. Congreg. Episcop. in *Lycien. 13. Augusti 1627.* apud eundem loc. cit. num. 25.

81. Antequam inchoetur Visitatio, proponuntur edicta in quibus Episcopus debet denuntiare diem suum is, quos visitare intendit: Non enim visitandos imparatos invadere debet, nisi justa aliqua causa aliud prudenter suadeat: tum quia id maxime expedit, ut sic Parochus, seu Rector Ecclesiae visitando possit populo denuntiare diem adventus Episcopi Visitatoris, ad hoc ut se praeparent ad illam recipiendum: Joan. Andreas in *cap. cum sit Romana, de Simon. Fuschus de Visitat. l. 1. cap. 4. numer. 4.* Barbosa *lib. 1. Jur. Eccler. univers. cap. 14. n. 36.* Ventriglia *prax. tom. 2. annot. 24. §. 1. n. 28.* & alii passim.

82. Non licet tamen Episcopo visitationem aggredienti proponere edicta, quibus subditi jubentur in virtute S. Obedientiae crimina detegere, multoque minus pro-

posita poena excommunicationis, sed solum ad id enixe hortari. Sic resolutum fuisse a Sacra Congregatione refert ex aliis Barbosa *de offic. & potest. Episc. part. 3. allegat. 73. num. 29.* & *supra Concil. Trid. sess. 6. de reformat. cap. 4. num. 10.* ubi ex Aldan. testatur id dictum fuisse sub die 28. April. 1593. & in *Summa verb. Visitatio num. 4.*

Tempus incipiendae visitationis non est a Jure determinatum: Unde relinquitur arbitrio Episcopi, qui potest eligere tempus loco magis proportionatum. *Fusch. de visitat. lib. 1. cap. 1. n. 13.* Ventriglia *loc. cit. n. 25.* & alii.

An autem Visitatio Generalis di excessis precedere debeat convocacionem Synodi, vel e contra? Vide verb. Synodus num. 15. & 16.

A qua Ecclesia sit inchoanda visitatio, remittitur arbitrio Episcopi; licet enim visitatio ut plurimum soleat inchoari ab Ecclesia Cathedrali, id tamen non est de precepto, cum possit Episcopus inchoare ab Ecclesia, quae sibi magis placuerit, reservatis Juribus, & sine praesudicio aliarum Ecclesiarum: Sic Sac. Congr. Rit. in *Egitanen. 10. Junii 1602.* in *respons. ad 2. dub. ut ex aliis refert Ventriglia loc. cit. num. 26.* Barbosa in *Summa verb. Visitatio n. 1. Monacell. tom. 1. tit. 5. formul. 2. num. 26.*

Pro visitatione facienda eligi solent ab Episcopo quo Convisitatores satis experti, & in rebus ecclesiasticis versati; *cap. In singulis, de statu Monachor. & Extravagant. Debet, de Offic. Ordinarii inter commun.*

Non est tamen necessaria talis electio, seu assumptio Convisitatorum, seu Adjutorum, sed tantum voluntaria, cum possit Episcopus sine illis visitare etiam Caputla Cathedralium, & aliarum majorum Ecclesiarum, ut deciditur in Concilio Trid. *sess. 6. de reformat. cap. 4. ibi: Per se ipsos, vel illis quibus sibi videbitur Adjunctis, & sic tenet Camm. Doctores.*

Unde visitare potest Episcopus sine Adjunctis Corpus Ecclesiae Cathedralis, Sacramenta, Reliquias, vestes, ornamenta, ceteraque ad cultum divinum destinata. Item capellas, capellanias, dotaciones, anniversariorum institutiones, memorias defunctorum, pia opera & res, seu bona Fabricae, vel Ecclesiae: Sic Sac. Cong. Concilii apud *Barbos. cit. alleg. 73. num. 15.* & in *Summa Apostolic. decis. verb. Visitare quando, & quae Episcopus valeat? n. 17.* Armendar. *lib. 1. tit. 6. de visitat. num. 123.* Nec potest Capitulum Cathedralis se eximere ab hac visitatione praetextu exemptionis, & praescriptionis immemorabilis: Sac. Cong. Concil. in *Hispalen. Jurisdictionis 4. Junii 1689.* & 4. *Maii 1690.* apud *Monacell. tom. 1. tit. 5. formul. 2. num. 27.*

Si Episcopus visitare velit ex decreto *sess. 6. cap. 4. de reformat.* debet id personaliter agere; secus si ex aliis Concilii decretis, cum id per suum Vicarium Generalem, aut Visitatorem facere possit, si modo legitime impeditus fuerit, ut permissum est *sess. 24. cap. 3. de reformat.* etiamsi de visitandis exemptis ageretur, cum *dict. cap. 3. exemptiones tollat:* Sic decisum fuisse a Sac. Cong. Concilii testatur Aldan. in *compend. canonic. resolut. lib. 1. tit. 7. num. 2.* Barbosa in *Summa loc. cit. num. 18.* & *supra Concil. sess. 6. de reformat. c. 4. num. 4.* & n. 17. ubi cum aliis videtur tenere, quod possit Episcopus etiam per Delegatum visitare Capitulum Cathedralis, & adducit decretum Sac. Congreg. Concil. in *Toletana,* ubi resolutum fuit, Serenissimum Cardinalem Infantem, Archiepiscopum Toletanum non teneri per propriam Personam Capitulum Ecclesiae Cathedralis visitare, sed id agere posse per Coadministratorem.

Si Episcopus visitare velit totum Capitulum, debet accedere ad locum ordinarium Capituli, in quo solent Capitulares congregari, & eorum actus expediri consueverunt, si id tamen commodè fieri potest: Sine minus ad locum congruum, & communem. Sed non tenetur accedere ad locum Capituli, quoties prosequi velit Visitationem alicujus personae de Capitulo; & si Capitulum occasione visitationis convocare ipse voluerit non potest extra locum solum congregare: Sac. Cong. Concilii apud *Barb. in Summa Apost. decis. collectan. 717. n. 9.*

91. Visitatio personarum Capitularium, quae juxta canonicas sanctiones, ut in *Decreto cap. 4. sess. 6. de reformat.* dicitur facienda, intelligitur juxta dispositionem Juris communis circa punitionem, & privationem: Sac. Cong. Concilii, de qua Rota, *decis. 328. part. 2. divers.*

92. apud *Barbos. in Summa verb. Visitatio n. 9.* Unde in Visitatione generali Episcopus solus sine Confiducibus procedere potest contra Canonicos, eisque poenam imponere extraordinariam, quae magis morum emendationem, quam correctionem respiciat. Sac. Cong. in *Oriolen. 27. Martii 1632.* in *resp. ad 4. dub.* apud *Barbos. loc. cit. num. 11.*

93. Episcopus in Visitatione tenetur praedicare Verbum Dei per se, aut saltem per alios: Alias nisi legitima causa excusetur, ipsum peccare mortaliter ex Cajetano, Genuensi, Gavanto, Abbae, & Piaseco firmat *Monacell. tom. 1. tit. 5. formul. 2. num. 51.* adducens ad id text. in *cap. Placuit 10. quest. 1. c. 1. §. Sane, de censibus in 6.* & concludens, quod quomodo se excuset coram Deo tot Episcopi, qui nihil prorsus curant de hoc in visitando, ipse Deus scit.

94. Visitator, si in visitatione adinveniat altaria de Jure patronatus laicorum, non provisae necessariis paramentis, & suppellectilibus, aut vetustate consumpta, fere collabantia, monere debet Patronos, ut illa restaurent, & ornent, ac onera eis adjuncta adimpleant infra brevem, & competentem terminum, alias potest illa concedere alteri Patrono, qui velit ea ornare, reparare, ac onera eis adjuncta adimplere: Sac. Cong. Episc. & Regul. in *Mutinen. 16. Januarii 1604.* Sic refert Barbosa in *Summa Apostolic. decis. verb. Altaria n. 6.* & *lib. 2. juris eccler. univers. cap. 7. num. 28.* Ventriglia *Prax. tom. 2. annot. 24. §. 1. n. 44.* Matheucc. *Official. Curia cap. 55. §. 1. num. 7.* & alii.

95. Si in Visitatione adinveniantur Reliquiae antiquae, quae ob injurias temporum, seu incuriam Custodum careant suis Authenticis, debet visitator permittere, ut habeantur in ea veneratione, qua hactenus fuerunt: Sic voluisse Sacram Congregationem Concilii referunt Barbosa in *Summa verb. Reliquiae Sanctorum num. 3.* & *de Offic. & potest. Episcop. part. 3. alleg. 97. num. 11.* & Ventriglia *loc. cit. num. 38.*

96. Reliquiae autem, quae ex donatione proveniunt laicorum, quarum claves, vel unam ipsi retinent, & expensas pro earumdem ornatu subministrant, visitantur ab Ordinario, quamvis retineantur, & custodiantur in Ecclesijs Regularium: Sacra Cong. Concil. in *Firmans 5. Junii 1700.* apud *Monacell. tom. 1. tit. 5. formul. 2. num. 49.*

97. Visitator non potest recusari: Orta enim dubitatione: An Episcopus visitans possit tanquam suspectus recusari? Sac. Cong. Concilii censuit non posse, nec cum generali visitationem aggreditur, nec cum ad specialem descendit; si modo sine strepitu, & figura Judicii procedens poenas non imponat delictorum ordinarias, sed eas tantum, quae morum correctionem respiciunt, & modum corrigendi non excedat. Sic refert Fagnan. *lib. 1. Decretal. in c. Conquerente, de Officio Ordinarii n. 37.* Et in terminis de visitatore Regulari Concil. Trident. *sess. 25. de Regularibus cap. 20.* sic expresse statuit: Teneantur quicumque praedictorum Ordinum monasterii praesentis, praedictorum Visitatores recipere, & illorum ordinationes exequi.

98. Quod Visitator, si sibi impediatur aditus ad visitandum, non possit frangere portas Ecclesiae, sed uti gladio spirituali Censurarum, tenet expresse *Monacell. tom. 3. tit. 1. formul. 39. num. 2.* post *Graffiam decis. aur. part. 2. lib. 3. cap. 27. num. 59.* ubi sic praecipit habet: Visitator non debet frangere portas Ecclesiarum, si sibi denegetur aditus ad faciendam visitationem: Ita Innocent. in *dist. cap. 1. de Immunitat. Eccles. Quia bona Ecclesiarum sunt Sancta Sanctorum, & Domino consecrata &c. & sic qui violentiam facit, sacrilegium committit;* 12. q. 2. cap. Nulli liceat, & cap. Quicumque, sed potest uti gladio spirituali, id est, Excommunicatione, vel Interdicto, facit text. in *cap. Dilcto, de sentent. excommunicatione in 6.* & ita defendere suam possessionem, *FERRAR. BISTON. Tom. IX.*

hoc est visitationem: Ita doc. per Innocent. & Hostiens. in *cap. Venetabili 23. de censibus.* Barbosa tamen *supra Concil. sess. 24. de Regularibus cap. 11. num. 16.* & *de officio & potestat. Episcop. part. 3. alleg. 74. n. 22.* & *lib. 1. juris eccler. univers. cap. 43. n. 139.* Tamburin. *de Jure Abbatissar. disp. 17. quest. 3. num. 4.* Fuschus *de Visitat. lib. 2. cap. 10. post num. 1.* Clarlinus *Contravers. lib. cap. 65. num. 12.* Ventriglia in *Praxi part. 1. adnot. 48. art. unico num. 38.* & alii volunt, quod reuuentibus Regularibus, vel aliis exemptis Visitationem, & claudentibus ostium Ecclesiae, vel Monasterii, liceat Episcopo vim inferre, & ostium frangere: Vide verb. Moniales *art. 3. num. 96.* in *responsione ad 3. dubium.*

Impedientes visitatorem a munere visitationis excommunicationem ipso Jure incurrunt, si moniti non respiciant, textu expresso in *Clementina Attendentes 2. de statu Monachor. in fine:* ibi: Si quis vero Visitatores ipsos in praemissis impedire praesumpserit, seu aliquo praemistorum, nisi moniti respiciant, ipso facto excommunicationis sententiam se noverint incursum, privilegium, statusis, & consuetudinibus quibuslibet in contrarium minime valuerit.

Quamvis haec excommunicatione sit late sententia, non tamen incurritur statim ac fuerit visitationi illatum impedimentum, sed requiritur quod Visitator prius moneat impedientes, ut desistant ab illato impedimento: quod si moniti non desistant, statim incurrunt, ut clare habetur ex aliis verbis dictae Clementinae: Nisi moniti respiciant &c. Glossa in d. Clementina Attendentes verb. Impedire. Navarr. in *Manual. cap. 27. n. 140.* Bonacina *de censuris in particulari disp. 2. quest. 2. pun. 1. 4. n. 4.* Tamburin. *de Jure Abbatissar. disp. 14. q. 8. num. 3.* Peliziar. *de Monialibus cap. 10. quest. 11. n. 31.* *Monacell. tom. 3. tit. 4. annot. ad excommunicat. 2. n. 3:* qui *dist. tom. 3. tit. 1. formul. 39. num. 4.* recte advertit, quod si impedientes canonice moniti nolint ab illato impedimento desistere, potest Episcopus Visitator ipsos excommunicatos publice denuntiare absque alia sententia, ut tradunt Glossa in *oti. Clementin. verb. Impedire & verb. Ipso facto:* Barbosa *ibid. num. 6.* & alii.

Commendatarii quamvis possint visitare monasteria sibi commendata in iis, quae pertinent ad curam animarum, & administrationem Sacramentorum, ut censuit Sac. Cong. Episc. in *Senogall. seu Nullius 6. Augusti 1601.* & in una *Cisterciensium 17. Septembris ejusdem anni:* Non possunt tamen ea visitare quoad disciplinam Regularem, ut respondit eadem Sac. Cong. Episcop. 2. Augusti. 1647. apud *Nicolium in Florentis verb. Visitatio ordinaria rub. num. 4.* & aperte habetur ex Concilio Trident. *sess. 20. de Regularibus cap. 20.* ac expresse statutum est ab Innocentio X. constit. 62. *incip. Pastoralis:* & ab Alexandro VII. constit. 6. *incip. Exponit:* ubi declaratum est, quod obtinentes monasteria in Commendam, etiamsi fuerint S. R. E. Cardinales, nullam in monasteriis sibi commendatis quoad eorum Monachos Jurisdictionem exercere possint, ibi § 2. Tenore praesentium declaramus, decernimus, ac statuimus, non licere Commendataris Prioribus, Superioribus, aut Officialibus Claustrales instituire, ac destituere, visitare Monachos, eosdemque corrigere, nec facultates eisdem in Litteris Apostolicis concessas, & expressas, prout supra, ad ea, quae Institutum Regulare concernunt, ac tenore praedictorum privilegiorum, & Sacri Concilii dispositione, monastico regimini relinquuntur, trahi posse, ac debere: Et similia etiam habentur in Constit. 32. ejusdem Alexandri VII. *incip. Sacrosancti:* edita favore monasteriorum Camaldulensium.

Superiores Regulares ordinarie non solent visitare ecclesias sui Ordinis commendatas Secularibus, nisi ibi habeant Conventum formatum: Sac. Cong. Episcop. & Regul. in *Vinisilien. 1. Sep. 1620.*

Provincialis in actu non potest esse Visitator extra suam Provinciam; Sac. Cong. Episcop. & Regul. 28. Julii 1645.

Visitator Provinciae a Generali deputatus non potest substituere sine licentia Sacrae Congregationis: Eadem Sac.

BIBLIOTECA CENTRAL M. AN.